Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI II.

INCIPIT LIBER II.

De regulis quibus secundum scriptura
de patre et filio loquitur.

QUAMOBRE
quamquam firmis
sime teneamus
de domino nostro Iesu
Christo. et per scri
pturas disse
minatum. et a doctis catho
licis earundem scripturarum
tractatoribus demonstratum.
tamquam canonicam regulam
quomodo intellegatur dei filius
equalis patri. sed secundum dei
formam in qua est et minor pa
tre. secundum servi formam quam
accepit. In qua forma non solum
minor patre. sed etiam spiritu sancto.
Neque hoc tantum. sed etiam
se ipso minor inventus est.
non se ipso qui fuit. sed se ipso qui est.
Quia forma servi accepta.
formam dei non amisit. Sicut
scripturarum que in superiori
libro commemoravimus. testi
monia docuerunt. Sunt tamen
quedam in divinis eloquiis
ita posita. ut ambiguum sit.
ad quam potius regulam refe
rantur. utrum ad eam qua intel
ligimus minorem filium in assumpta
creatura. an ad eam qua in
telligimus minorem esse filium.
sed equalem patri. Tamen ab
illo hunc esse deum de deo.
lumen de lumine. Filium
quippe dicimus deum de deo.
patrem autem deum tantum non
de deo. ~~patrem autem deum tantum
non de deo.~~ Unde manifestum est
quod filius habeat aliud
de quo sit. habeat sed tantum
cui pater sit. Omnis enim fi
lius de patre est. quod est et
patri filius est. Nullus autem
pater de filio est quod est. sed
filio pater est. Quedam itaque
ponuntur in scripturis de
patre et filio. ut indicent
unitatem. equalitatemque sub
stantie. sicuti est. Ego et pater
unum sumus. Et cum in forma
dei esset. non rapinam arbitratus est
esse se equalis deo. Et quecumque
alia sunt. que iam vero ita
ut minorem ostendant fi
lium propter formam servi.
id est propter assumptam creaturam
mutabilis humaneque substan
tie. Sicuti est quod ait. Quoniam pater
maior me est. Et pater non iudi
cat quemquam. sed omne iu
dicium dedit filio. Nam
paulo post consequenter ait.